

mimus. Prius quidem ex idea Dei, sive simplice cogitatione de Deo sumtum, hactenus tractavimus: de altero, quod in complexa notione fundatur, postea commodius agetur.

3. Nunc de eo videbimus argumento quod petitur ex consideratione nostræ existentia, ubi nos adeo imbecillesprehendemus, ut ne momento quidem temporis subsistere queamus, nisi à Deo servemur & sustentemur continuo.

4. Hic itaque maximè respiciemus *imperfectiorem* mentis nostræ, ut in superiore argumento ex adverso ejusdem mentis nostræ spectabatur *perfectio*, nempe quòd ideam Dei in se habeat.

5. Perfectio nostra nos ducit ad Creatorem, ut ejus datorem, imperfectio nostra ad eundem nos ire jubet, ut illud quod dedit porrò dare & conservare dignetur, cum ipsi non valeamus.

6. Ut autem existentiam Dei ex animæ meæ existentia continuata demonstrè, suppono primùm, animæ meæ durationem aliquam sive perseverantiam in existendo competere, quoniam non solum novi me existere, dum cogito, verùm etiam cogitatione

tatione